Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi et nunquam mandatum tuum preterii: et nunquam dedisti michi hedum ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic uenit qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus et occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecum es et omnia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat quia frater tuus mortuus fuerat et reuixit perierat et inuentus est. Offertorium. Illumina oculos meos ne quando obdormiam in morte ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Secreta. Hujus sacrificii dne concedere placatus: ut qui precibus orantis absolue delictis non grauentur eius. Q. Con. O pater te fili gratie quia frater tuus mortuus fuerat et reuixit perierat et inuentus est. Sacramentum tui dne di cumpl' iunxi libamo penetralia cordis infundat et sui presentia poscentes efficiat. Q. Sup populum. Familiam tuam quesumus dne continua pietate custodi ut que in sola spe celestis gratie tuitatur celesti etiam premio munitur. Q. Dominica tria.

Oculi mei semper ad dnum quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos respice in me et miserere mihi quia unicus et pauper sum ego. Ps. Ad te le. Omnis omnipotens deus uota quo humilium respice atque ad te confitentium tuam dextram nunc mihi restantis extende. Q. Ad ephesi. Fratres. Estote imitatores dei sicut filii karissimi: et ambulate in dilectione sicut et christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem et omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in uobis sicut decet sanctos: aut turpitudo: aut stultiloquium: aut scurrilitas que ad rem non pertinet sed gratiarum actio. Hoc autem scitote intelligentes quod omnis fornicator: aut immundus aut auarus: quod est idolorum seruitus: non est hereditatem in regno xpi et dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propter hoc enim uenit ira dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Erantis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino ut filii lucis ambulate fructus enim lucis est in omni